



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 7. Grimaldi Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

postquam sexaginta quinque ætatis suæ Sæcul. XVI.
annos expleverat. Corpus ejus Vene- A.C. 1543
tias delatum, ibidem, ut ipsus testa-
mento caverat, in Ecclesia S. Salvato-
ris terræ mandatum fuit. In illius fu-
nere Hieronymus Niger Reipublicæ Se-
nator orationem habuit, quæ typis im-
pressa exstat.

§. VII.

Grimaldi Cardinalis obitus.

Postremus denique, ac quintus erat *Ciac. p. 494.*

Hieronymus Grimaldus filius Bene- *Onuphr. in
dicti Grimaldi, qui Genuensis Reipubli- vitis Pont.*
cæ Senator erat. Is juvenis adhuc u-
xorem duxit nobilem fœminam, ex qua
filios quoque suscepit, conjuge vero de-
functa Hieronymus Ecclesiasticæ mili-
tiæ nomen dedit, atque Ecclesiam Ve-
nafri in Regno Neapolitano Episcopus
rexit, dein a Clemente VII. renuntiatus
est Diaconus Cardinalis titulo S. Geor-
gii ad Velum aureum: Administrabat
etiam ejusdem Pontificis jussu plures
Ecclesiæ, postea vero ad Barensem Ar-
chiepiscopatum nominatus, anno Chri-
sti millesimo quingentesimo trigesimo
Legatus Genuam decernebatur, quo in
munere rara prudentiæ suæ specimina
edidit, atque in omni occasione se hujus
Reipublicæ commodis studiosissimum,
nec non Religionis zelo longe clarissi-

Sæcul. XVI. cum testatus est. Tandem die vigesi.
A. C. 1543. ma septima Novembris anno post Chri-

stum natum millesimo quingentesimo
quadragesimo tertio Genuæ mortalita-
tem exuit, illiusque funus curarunt tres
eius filii, Lucas, Joannes Baptista &
Antonius. Exstant adhuc quædam e-
pistolæ Cardinalis Cortesii ad Grimal-
dum scriptæ, in quibus maxime elucet,
quod hic Cardinalis ob suam integrita-
tem animique candorem plurimum fue-
rit commendandus, cum ita sincere
suam semper sententiam declarasset,
quin unquam in Christiana prudentia
desiceret. Referunt nonnulli, quod
Albiganensem Ecclesiam Episcopus gu-
bernaverit.

§. VIII.

Jodocus Clichtoveus mortuus.

*Valere Au-
dre in Bibl.
Belg.
Le Mire de
Script. Sæc.
XVI.,
Dupin Bibl.
des Aut. t. 14.
p. 162.* **H**oc item anno mors quibusdam Scri-
ptoribus Ecclesiasticis calamos ex-
cussit, quos inter præcipue numeran-
tur Jodocus Clichtoveus Neoportuensis
Flander inter ævi sui Scriptores Pole-
micos facile princeps. Hic studiorum
curriculo non sine ingenti progressu Lo-
vanii emenso, Lutetiam Parisiorum ve-
nit, ubi in Collegio Joannis Cardinalis
cognomento Monaci sub magisterio Ja-
cobri Fabri Stapulensis primo Philoso-
phiæ, postea Theologiæ operam tam
stre-